



2/10/11
~~GA 17~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-61.

SIGNAT. c1515CCCXIII.

LXVII. Idem sequentes Theses in Examine publico AN. Χριστοφορίας
1666 Doct. Phil. et Med. David. Spillenbenzer p̄na cum tota
Εκταραφία Examinij dicatas ~~testatus~~ e.

17

I. N. J.

EXAMINIS

Leutschoviano in Gymnasio

adspirante divini Numinis gratiâ

RECTORE

M. JOHANNNE KEMMEL, L.

Anno Χριστοφορίας

CIO IDC LXVI. 9. & 8. Cal. Jul;

solenniter celebrandi

Συναραφία.

LEUTSCHOVIAE,

TYPIS SAMUELIS BREVER.

L. II. 1084

n.

V I R O

*Splendore generis, Autoritate, multaq̄
rerum Experiētiā conspicuo*

AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO

DN. D A V I D I Spillenberger

Philosophiæ ac Medicinæ D. famigeratissimo
inclytæ Reipub: Pat: Lib: Regiæq; Civitatis

LEUTSCHOVENSIS

Medico ordinario meritissimo &c.


Fautori literarum ac Mæcenati ingenuo,
Amico & Affini suo multis honorum
nominibus demissè colendo;

dicata & consecrata

à

G Y M N: R E C T O R E

M. J. K.



ndre



I. N. J.

Nchoabitur Examen Musicae & in antecessum decantabitur pleno choro, cum Instrumentis: Veni Sancte Spiritus! *Hammerschm:*

Finito cantu, Cathedram conscendet *Moderator* Gymnasij *primarius*, sermone breui, post invocatum divinum Numen, Patronos, Ephoros & Auditores reliquos, ad patientiam, benevolam audientiam & attentionem humaniter excitaturus.

Dehinc *Literator* ultimæ Classis in medium vocatus prodibit, cum discipulis fidei suæ commissis, & suam in officio sedulitatem, publicè ex officio comprobaturus, præsentibus & labores inspicientibus Patronis, exponet, quantum profecerint hactenus in *pietate, literis & moribus* Pusiones, pro ratione ætatis & indolis suæ, præsentè & in omnibus præeunte Rectore, qui ordinario cujusvis Classis Præceptori adstabit, & laborum ipse, *Metam, Media & Methodum*, exponet, atq; omnibus coràm explicabit.

Hunc ordine sequentur reliquarum Classium Docentes gradatim, nimirum Septimæ, dein Sextæ, mox Quintæ, & sic porrò, ad primam usq; vel potius ultimam Classem. Quilibet autem Docentium in Examine, publico docebit documento, præsentibus Patronis & Inspectoribus, quousq; deduxerit suos.

T H E S E S.

in ordine primo, sed ultimo ventilanda:

Ex Theologia:

D E L E G E seu D E C A L O G O

I.

Lex seu doctrina divina continens Regulam operum & factorum eorum, quæ Deus ab hominibus inibi fieri, aut non fieri voluit, dividitur in Moralem, Ceremonialem & Forensem seu Judicialem. Moralis perpetua, Ceremonialis verò & Forensis Lex abrogata, est.

2.

Lex Moralis ab ipso Deo duabus tabulis lapideis inscripta, & solenniter in monte Sinai, per Moysen in vitæ normam promulgata, ante Moysen adhuc in Ecclesia fuit proposita.

3.

Christus non nova Decalogo præcepta adjecit nec auctiora reddidit; sed repurgavit tantum illa, à corruptelis Pharisæicis, & declaravit.

4.

In duas dividitur tabulas Lex Moralis, quarum prior tria continet, de dilectione DEI, præcepta, posterior septem, de diligendo proximo. Summa tabularum harum Matth, 22. 23. est: *Ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus; proximum vero nostrum, sicut nos ipsos.*

Ex pri.

Ex primo Præcepto.

Præceptum de sculptilibus appendix & explicatio est primi præcepti, non secundum in ordine.

Imagines & Sculptilia salvâ conscientiaâ tolerari possunt in Ecclesia.

Ex secundo.

Religionis simulatio probanda non est.

Ex Tertio.

Christiani N. T. ad observationem diei Septimi non sunt obligati; & opera quædam in Sabbato exercere licet.

Ex Quarto.

Christiani in N. T. salvâ conscientia & gerere Magistratum, & ejusdem Regimini se submittere possunt.

Orthodoxi Parentes, liberos suos Jesuitis instituendos committentes, male faciunt.

Ex Quinto.

Homicidium defensorium apud Magistratum Politicum non improbatur.

Bellis interesse, & hostem in præliis interficere, licitum: seipsum autem interficere, prohibitum est.

Ex Sexto.

Conjugium omnibus, cujuscunq; sint status, ordinis & dignitatis, hominibus, sive seculares fuerint, sive spirituales, qui se ad illud aptos natos sentiunt, nec peculiare illud virginitatis donum cum Paulo à Deo acceperunt, institutum est.

Ex Septimo.

Usuram ab illo, qui nostro ære commodum suum promovet, accipere, non iniquum, nec injustum est.

Mendicis Eleemosyna eroganda, sed non sine discrimine, omnibus.

Ex Octavo.

Non omne mendacium interdictum.

Causas agere in foro, proximum in judiciis forensibus accusare, & contra eundem testari, licitum est.

Ex Nono & Decimo.

Præcepta de non concupiscenda domo, & non concupiscenda proximi uxore sunt distincta.

Homo post lapsum & in statu corruptionis, renatus licet fuerit, perfectam tamen obedientiam, Legi divinæ satisfacere nequit.

II. EX PHYSICIS.

MONSTRA, effectus & defectus naturæ sunt, à causa deficiente & aberrante productus. Quorum alia speciem servant, ut: Monoculi &c. alia mutant, ut: Mulus. Huc spectant Gigantes, Nani & Pumiliones, Esavus etiam, qui rufus, & togæ villosæ similis, ex utero prodijt. Excluduntur à monstris Kobaldi, Nymphæ & Mulieres aquaticæ, quæ spectra & Diaboli larvæ sunt.

CASVS, causa per accidens, in rerum naturalium actionibus, ob certum finem susceptis, à Fortuna non formaliter sed materialiter tantum differt. Estque vel bonus vel malus. *Malus* est, cuius eventus, qui accidit, malus est, qualis in incendio nupero, à fulmine urente, ipso Festo Trinit: ante horam 5. matut. apud nos excitato, accidit: tunc enim Molitor quidam, incendium cum alijs sedare volens, Camino cotruente, oppressus & semi-

semivivus abductus est: *Bonus* est, cuius eventus bonus est, Qualis eodem tempore accidit: Videlicet, bonus casus fuit, quod tignum crassius ex pavimento domus dejectum Civem adstantem, moxq; præterire volentem, non attigerit vel interfecerit. Ad *malum* etiam *Casum* referimus, quod in vicinia non tam pridem accidit, & ad aures nostras pervenit, Nimirum, in Oppido, Villa Menhardi, dicto, tertiâ Pentecostes Feriâ, in ædibus proprijs, Mater ad mensam sedens, cum Filia, eadem *inhabitatione*, deambulante: tertiô die post, Colonus quidam Harhoviensis, mandatam heri expediens, *in campo*, fulmine tacti, cecidit. Casus, proh dolor, (quales imposteriorum ab agris & ædibus nostris abesse longè velit Deus) mali sunt!

Sequuntur

Disciplina Instrumentales

I. LOGICA

Huius proponetur.

VSus 1. Generalis *didacticus*, in docendo, dialecticus verò in differendo & disputando occupatus: Ille in Genesi partim & compositione rerum tractandarum, nec non in Analyti seu resolutione alicujus operis consistit: Hic ex doctrina locorum Dialecticorum, ubi modus disputandi proponitur, sumitur. 2. Specialis Usus. Et quidem (1.) Æquivocorum, Synonymorum, Paronymorum. (2.) Usus ordinum Logicorum distinctorum, & in specie Prædicamentorum. (3.) Praxis Postprædicamentorum. (4.) Enunciationum, (5.) Usus Syllogismorum, in specie Syllogismi demonstrativi. (6.) Praxis sive Usus Locorum Dialecticorum. Axiomatum verò Logicorum usum in Sacris, si DEO visum fuerit, differemus in aliud tempus.

2. RHETORICA & ORATORIA.

RHeticæ & Oratoriæ præcepta exemplis illustrabuntur, & eorum Usus partim in Exercitijs juxta 4 Causarum genera elaboratis; partim in Analyti Oration: Cicero: ostendetur.

3. GRAM.

3. GRAMMATICA GRÆCA.

Hujus Usus patebit, in analysi dicti illius, Joh:3. 16. Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν, αὐτὸς τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται ἀλλ' ἔχη ζωὴν αἰώνιον. Quod juxta Methodum Vellerianam publicè resolvent Linguæ hujus Cultores, &c.

4. POESIS LATINA.

Exercitiis consuetis excolitur. Facem præfert Virgil.

Finis ordinis hujus primi Examine, mox Adolescentes & pueri aliquot producentur; quorum alii Meditationem de Spiritu Sancto; alii Rhythmos in utraq; lingua, de eadem materia, declamabunt: Superioribus, *Actionis* ex Rhetorica Dieter: praxis ostenderur publicè.

Ultimò omnium, Examen etiam Musicum cum Tyrunculis & Adolescentibus instituet *Cantor*, qui prima Musicæ fundamenta seu principia, Tyrunculis in tabula ostendet ad oculum; & præcepta, Adolescentibus latinè; pueris verò germanicè, per Quæstiones & Responsiones, Rectore præsentè, explicabit, & suam in officio diligentiam publico testimonio comprobabit, libellis Exercitiorum Musicorum hætenus traditorum, Inspectoribus ad manus exhibitis. Deinceps Psalmum Tyrones Musicæ unum vel alterum decantabunt, primò notis, mox cum textu subscripto, ut, qualem fecerint in Arte hac progressum, palàm sit,

Colophonem deniq; imponet Examine, sermone gratiarum actorio brevi, ad Deum & Auditores præsentès, Patronos, Ephoros, Fautores, Amicos, RECTOR: Quò finitò decantabitur: *Cantate Domino, Hammerschm:*

G L O R I A U N I.



Umg. VI-61

ULB Halle

3

004 113 25X



IA 70L

Umg. VI 61





Farbkarte #13

B.I.G.

VII. Idem sequentes Theses in Gymnaseo publico AN. Χειρογρονίας
1666 Doct. Phil. et Med. David. Spillenberger una cum tota
Συναγωγία Gymnasei dicatas ~~testatus~~ e.

17

I. N. J.

EXAMINIS

Leutschoviano in Gymnasio

adspirante divini Numinis gratiâ

RECTORE

M. JOHANNNE KEMMEL, L.

Anno χειρογρονίας

CIΘ ΙΘC LXVI. 9. & 8. Cal. Jul;

solenniter celebrandi

Συναγωγία.

LEUTSCHOVIAE,

TYPIS SAMUELIS BREVER.

L. II, 1084

n.

